



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

Ordo & modus inungendi infirmum in subito mortis instantis periculo, aut morbo contagioso & pestilenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

uertatur. Vbi petitis pro decumbente infirmo precum suffragijs illos cum benedictione dimittat.

**ORDO ET MODVS INVN-
gendi infirmum in subito mortis in-
stantis periculo, aut morbo con-
tagioso, & pestilenti.**

Ingressus domum infirmi, seu cubiculum pacem
ipfi precetur dicendo:

Sacerdos: Pax huic domui.

Minister: Et omnibus habitantibus in ea.

Antiphona.

Benedic Domine domum istam, & omnes
habitantes in ea, quia tu Domine dixisti:
Pax huic domui. Benedic Domine timentes
te p uillos cum maioribus. Benedicti vos à
Domino, qui fecit coelum & terram.

Oremus.

EXaudi nos Domine, sancte Pater omni-
pens aeternae Deus, ut mittere digneris S. An-
gelum tuum de caelis, qui custodiat, foueat, prote-
gat, uisitet & defendat omnes habitantes in hac
domo. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Deinde aspergat aegrum aquam benedictam cum astan-
tibus, & domo, dicendo:

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor,
lauabis me, & super niuem dealbabor.

Verſi.

Verf. Misere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, Sicut erat, &c.

Repetitur. Asperges me Domine hyssopo, &c. Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Iacobi 5.

Domine Deus, qui per Apostolum tuum locutus es, infirmatur aliquis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, ut orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei; cunctos quæsumus, Redemptor noster gratia Spiritus sancti, languores istius infirmi (*infirmæ*) cura & omnia sana vulnera eiusque peccata dimitte, atque dolores cunctos cordis, & corporis ab eo (*ea*) expelle, plenamque ei interius; exteriusque sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiæ restitutus & sanatus (*restituta & sanata*) ad pristina pietatis tuæ reparetur officia. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Alia.

Sana Domine infirmum istum (*infirmam istam*)

istam) cuius ossa turbata sunt, & cuius anima turbata est valdè, sed tu Domine conuertere & sana eum (**eam**) & animam eius.

Alia.

O Remus Dominum nostrum Iesum Christum, & omni intentâ supplicatione rogemus, vt hunc famulum suum (**hanc famulam suam**) **N.** per angelum suum visitare, lætificare & confortare dignetur.

Alia.

P Arce Domine parce famulo tuo (**famulæ tuæ**) ne in æternum irasaris ei, quem (**quam**) redemisti Christe sanguine tuo. Qui viuis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Orationibus his finitis manus lauet, linum vel stupam duobus extremis digitis circumuoluat, pollice intincto in oleum sacrum infirmorū ad modum præscriptum singula membra inungat, dicens:

Ad oculos primò dextrum, tum sinistrum.

Pax tecum Et cum Spiritu tuo.

Per istam ✠ vnctionem, & per suā pijsimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid peccasti per visum, Amen.

Ad aures primò dextram, deinde sinistram.

Pax tecum Et cum Spiritu tuo.

10

S

Per

Modus inungendi infirmos.

Per istam ✠ vnctionem, & per suam pijs-
simam misericordiam, indulgeat tibi Dominus
quidquid peccasti per auditum, Amen.

Ad nares contingendo vtriusque extremitatem.

Pax tecum Et cum Spiritu tuo.

Per istam ✠ vnctionem, & per suam pijs-
simam misericordiam indulgeat tibi Dominus quid-
quid peccasti per odoratum, Amen.

Ad labia.

Pax tecum Et cum Spiritu tuo.

Per istam ✠ vnctionem, & per suam pijs-
simam misericordiam indulgeat tibi Dominus
quidquid peccasti per gustum, & illicitum
sermonem, Amen.

Ad pectus.

Pax tecum Et cum Spiritu tuo.

Per istam sanctam ✠ vnctionem, & per suam
pijsimam misericordiam indulgeat tibi Do-
minus quidquid peccasti per cogitatum, Amen.

Ad manuum palmas.

Pax tecum Et cum Spiritu tuo.

Per istam ✠ vnctionem, & per suam pijs-
simam misericordiam indulgeat tibi Dominus
quidquid peccasti per tactum, Amen.

Ad pedes.

Pax tecum Et cum Spiritu tuo.

Per

Per istam ✠ vnctionem, & per suam pijs-
simam misericordiam indulgeat tibi Dominus
quidquid peccasti per incesum.

IN nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti,
sit tibi hæc vnctio olei sanctificati ad purifi-
cationem mentis, & corporis, & ad omnium
absolutionem culparum, ac ad munimen, & de-
fensionem contra iacula immundorum spiri-
tuum, custodiatq; te Iesus Christus, & perdu-
cat te ad vitam æternam, Amen.

Peracta vnctione vnam vel duas ex benedictionibus
antea positis, pro temporis ratione supra infirmum legat,
deinde dicat:

Dominus Iesus Christus apud te sit, vt te de-
fendat: intra te sit, vt te conseruet: super te
sit, vt te ✠ benedicat. Qui cum Patre, & Spi-
ritu sancto viuit & regnat per omnia sæcula
sæculorum, Amen.

Denique legatur Euangelium sancti Ioannis, vt infra in
fine libri, & breuissima ad consolandum ægrum exhorta-
tione concludatur.

OBSERVATIO.

I. Notandum, quod, vt supra dictum, tempore maximi
periculi aut vrgentis necessitatis, puta in contagione sum-
ma, & extremo ægroti agone satis sit inungi frontem vel vnũ
aliquod magis obuium ad vnctionem membrum dicendo:

Per istam ✠ vnctionem, & per suam pijsi-
mam misericordiam, indulgeat tibi Dominus
quidquid deliquisti per visum, auditum, gu-
stum, odoratum & tactum in nomine Pa ✠
tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti, A-
men.

II. Aut ex aliorum sententia, quam securiorem censent,
Minister isto necessitatis casu vnico breuissimo motu at-
tingat, quinque organa sensuum liniendo vnum oculum,
aurem, narem, labium, manum, atque super totam vnctio-
nem hanc breuissimam formam proferat:

Per istas vnctiones indulgeat tibi Dominus
quicquid deliquisti per visum, auditum, o-
doratum, gustum & tactum, in nomine Patris,
& Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Ermahnung an den Kran- **cken / daß er sich vnverzüglich mit Gott vereinige.**

Sieber Freund / die weil euch der Herr mit Leibs schwach-
heit Väterlich heimgesucht / vnd man nicht wissen kan/
was er mit euch vor habe / oder wohin diese Kranckheit
ihren Außschlag nemen werde / so ist rahtsamb / daß ihr
euch für allen dingen in den willen des Allerhöchsten er-
gebet / der Leben vnd Tod in seinen händen hat: Vnd darauff die
sachen zwischen Gott vnd ewerem Gewissen ohn verzug richtig
macht. Wir leben zwar fast vnbehutsamb in dieser Welt / die weil
wir gesund seyn / fallen täglich vñ sündigen vielfeltig / auch mehr
dann